Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cui in comparatione iuuentium, conseruet ipso gra
duato in comparatione aborum. ¶ Pulmo frigi
dum et humidum generat humorem: et sic in
genere aborum est frigide et humide complexionis.
et tamen in genere iuuentium membrorum est cali
de et sicce complexionis naturaliter. Pulmo est
facilis digestionis propter eius raritatem et leui
tatem et est paucissimi nutrimenti. ¶ Epar
humores generat grossos, et est difficilis dige
stionis, et multum in stomaco moratur.
et remouet famen longo tempore. Intantum
quod auctores scribunt, quod ex epatibus
fit cibus quidam, ex cuius unica come
stione, stat homo per aliquos dies absque
fame. Epar tamen laudabiliorem generat san
guinem quam carnes pinguedinem non habentes.
Et epar lactancium animalium est melius.
Sed inter cetera, melius est epar gallinarum
aut anatis pinguis. Epar capriolorum aut
hircorum detegunt epilentiam et epilenticis
nocet: nam quum ipsum comedunt subito
epilentiam incurrunt. Epar lupi epaticho
minis multum confert. et ydropisim cu
rat. Epar canis rabiosi datur in potu mor